



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

18 Indulgentias non plenarias concedunt Legati, Patriarchae, Archiepiscopi
& Episcopi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Concorum ad Conc. ut per Navar. eod. com. not. 31, num. 2.

88 Alias indulgentias ꝑ non plenarias concedunt Legati intra fines suarum legationum, Patriarche, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi intra fines suarum diocesium, etiam nondum consecrati, dummodo sint electi, & confirmati, & hi omnes facultatem habent limitatam. nam regulariter habent facultatem concedendi tantum 40. dies indulgentiæ, & annum in dedicatione ecclesiæ, cap. ex eo, de pœnit. & remiss. & Navar. d. not. 31, num. 1. ubi tradit, Archiepiscopum intra suum Archiepiscopatum tantum indulgentias concedere posse, sed est contra text. in cap. nostro, de pœnit. & remiss. ubi Papa Archiepiscopo respondet, quod per Provinciam suam liberè potest indulgentiarum litteras concedere, dummodo statutum generalis Concilii non excedit. Nam, licet Archiepiscopus non sit iudex ordinarius omnium de Provincia, ut cap. pastoralis, ex de offic. ord: nec extra suam diocesium habeat contentiosam jurisdictionem; cum tamen indulgentias concedere sit voluntariæ jurisdictionis, illas concedere potest, ut per gloss. d. cap. nostro.

Abbates verò, & alii Episcopis inferiores indulgentias concedere non possunt, cap. accedentibus, ext. de excess. prel. & Navar. eod. commun. de indulgent. not. 7, nu. 2, 21 & concedi non debent, ꝑ nisi ex convenienti, & iusta causa, secundum communem Doctorum sententiam, S. Thom. 3. par. in addit. q. 25, art. 2. S. Bonavent. in 4. dist. 20, in 2. par. dist. 4. & q. ult. Gerl. in tract. de indulgent. Sylvest. verbo Indulgentia, qu. 6. Cajet. in opusc. de causa indulgent. qu. 1. & in opusc. de indulg. c. 2. Sot. d. extravag. 1,

9. ut autem beatissimi, & Navar. d. com. not. 15, n. 1. & hoc, quia Summus Pontifex non est dominus ecclesiastici thesauri, sed tantum dispensator, 1. ad Corinth. cap. 4. Sic vos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, & sine causa concessa indulgentia fortè non valet, prout nec sine iusta causa valet relaxatio voti, aut juramenti, glo. in c. non est, in ver. adimplere, de vot. in cap. quantum, in ver. absolvi, de iurejur. & Navar. eod. commun. not. 15, nu. 1, & 2.

Secundum requisitum ex parte causæ, requiritur, ut sit aliquid ad pietatem ordinatum, qualis est honor Dei, & exaltatio fidei: nam frequenter earum concedendarum finis principalis ꝑ est pax, & concordia Principum: frequenter decus, honor, & gloria Dei, vel Sanctorum ejus, qualis videtur esse finis indulgentiæ anni Jubilæi, ut per Navar. d. com. de indulg. not. 19, n. 14. ut in omni concessione indulgentiæ videre licet, veluti, cum dicitur, ac pro totius populi Christiani salute preces effuderint, qualia verba in Jubilæis adhiberi solent, & in plerisque aliis indulgentiis, ut pro Principum Christianorum concordia, & fidei exaltatione: quia finaliter debet attendi, ut per hoc fides Catholica honoretur, & exaltetur. Et causæ, quibus indulgentia plenaria conceditur, plures sunt.

Conceditur enim ꝑ pro expeditione Terræ sanctæ, pro Jubilæo, pro celebrando œcumenico Conc. pro defensione, & conservatione status Ecclesiastici, & recuperatione bonorum, vel rerum ecclesiasticarum pro placatione iræ divini in pestilentia, fame, & bello, præsertim contra Turcas, vel alios infideles, pro singulis, remotorum locorum peregrinis petentibus visita-